

LUDOVICVS HASSIAE LANDGRAVIS CAESAR ELECTVS.



Ludouicus ille ex illustrissima Lādgrauiorum Hassiæ familia natus est, q multis anīni & corporis uirtutibus præditus fuit. Itaq; post patris obitum eius in locum ditionis suæ administrationē suscepit, atq; magna autoritate & prudentia subditos gubernauit, anno Domini 1410. Cum hoc modo magna gloria inter principes ageret, ab electoribus Imperij Cæsar electus fuit. Verūm is cum intellexisset, Cæsaream maiestatem multis literis & linguis ornatam esse debere, ut tātam Imperij mollem commodè administrare possit, magna modestia id recusauit, atq; sua sorte cōtentus fuit. Maluit enim paruo imperio à parētibus relicto laude præ esse, quam magnum accipiens dissipare. Quanquam autem is Latinam linguam communī principum eius tempore more ignoraret, tamen erat legum egregius cultor. Itaq; quoties Iuris Doctores coram eo causam aliquam uenitarent, iussit sibi patrio sermone leges exponi, ut commodius quid Iuris esset intelligeret.